



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

De libro Consecrationum, votorum, & funeralium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Instruct. Cancillarie.

De libro sacrarum Reliquiarum.

Habeat librum authenticum Sacra-
rum Reliquiarum totius Dioce-
sis, sine ordine; etiam si in ecclesijs Re-
gularium, & exemptis.

In eo hæc describat summatim sine vlo
lo ordine.

Quomodo constet, & vbinam sint docu-
menta de illis.

Quando translata.

Filciam etiam habeat processuum, & in-
formationum scripturarum, & instru-
mentorum super iis.

Index sit multiplex.

Vnus ordine Sanctorum, quorum sunt
sacræ Reliquia.

Secundus ordine Metropolitanæ ecclæ-
siæ, Portarum, seu Regionum Vrbis, &
plebiūm Dioecesis.

Duo alii Alphabetici, scilicet,

Tertius ordine tituli cuiusque ecclæsiæ.

Quartus ordine nominis locorum.

De libro Indulgientiarum.

Habeat librum Indulgientiarum au-
thenticum sine ordine.

In eum librum redigat exemplum ex-
tensum omnium indulgentiarum, hacte-
nus quibusvis ecclæsiis, etiam regulari-
bus & exemptis huius Dioecesis conces-
sarum, & que in posterum concedentur,
a Sede Apostolica, vel aliis, sive in per-
petuum, sive ad tempus quod nondum
finiuntur sit, describendo ex literis con-
cessionum.

Index quadruplex sit, ut dictum est su-
pra de libro sacrarum Reliquiarum.

Item aliis Index ordine dierum Annī,
quasi ad modum Calendarii.

De libro Consecrationum, votorum, & funeralium.

**Liber conse-
cationum.** **H**abeat librum authenticum conse-
crationum & benedictionum Ec-
clesiarum, Altarium, Cœmeteriorum,
Campanarum, que per Archiepiscopo-
pum, seu per alios habentes priuilegium,
de eius consensi sicut in dies.

In hoc ponat diem consecrationis, titu-
lum Ecclesiarum, Campanarum conse-

cratarum inscriptiones, aliave signa
quibus distinguantur.

Reliquias item sacras Sanctorum recon-
ditas in consecratione Altarium.

Dotationem etiam, & nomina persona-
rum, quarum intuitu & petitione facta
est consecratio Altaris, vel Ecclæsiæ.

Item facultatem Apostolicam, cuius vi
alii consecrant, & consensum Archiepi-
scopi ad hoc præstitum.

Librum authenticum Votorum, & Liber Vot
piarum consuetudinum cuiusque popu-
li, vel loci; tum etiam vniuersitatis Dio-
cessis, ex Provinciali tertio.

Filciam probationum & Instrumento-
rum super eo.

Librum authenticum de vñ quartæ Liber Funer
funeralium inter Parochos, & Regulares, talium.

in singulis locis, ordine plebiūm, & Pa-
rochiarum; cum filcia probationum &
informationum super eo.

Librum authenticum ordine simili, de
vñ omnium cuiusvis generis emolu-
mentorum Cleri variò in funeralibus
in singulis locis; aduertendo ad vñsum
a duodecim annis supra, deinde ad aug-
menta facta post de facto auctorita Cle-
riconum.

Filciam informationum super eo.

De libris felictorum & onerum ad pias causas.

Habeat librum authenticum, in quo
describat extensem sine vlo ordine
loci, temporis, vel ecclæsiæ, omnia in-
strumenta que colligi potuerunt vnde-
cunque; præsertim vero à Cancellario
ultimo, & aliis præcedentibus, in mate-
ria felictorum onerarum ad pias cauſas,
beneficiorū, capellārum: item altariū
erectiones, dotations, vñiones, trans-
lations, ac eorum onerum reductiones,
commutations, attributiones, & decla-
rationes quavis auctoritate factas; om-
nia etiam pia relicta, etiam si ecclæsiis
regularibus & exemptis facta.

Item aliud simile, in quo describan-
tur que in posterum sicut, vnde cunque
collecta.

Indicem habeant iij libri quintuplicem.
In primo ponantur legata, donationes,
& huiusmodi relicta pro missis.

Hh 4 In